

lum, cui quidem pœnitenti Deus ad intercessionem præfactorum horum gratiam exhibuit, ita tamen, ut scelera propter hostium blasphemias non transmitteret planè inulta. Posteriori modò Belgæ & Campensis ad populum, pro quò *Exod.* xxxii, 14. xxxiv, 35. *Num.* xiv, 20. 21. Sic affixum non haberet expressum antecedens, sed sensu solùm delitescens; cujus generis & alia prostant exempla. Aliqui referunt ad Korahum & socios, contra quos opera Mosis & Aharonis vindicabat Dominus. ita *Genebrardus, Theodoretus, Euthymius, Tirinus, Kimchi.* Posset etiam affixum (□) tam ad Mosen & Aharonem, quàm populi simul transgressiones referri. De voce עלִילֵה *ac̄tio* five bona, five mala, vide *Psal.* xiv, 1. corruerunt עלִילֵה. item *Psal.* Lxvi, 5. Lxxvii, 13. Lxxviii, 11. ubi de operibus ipsius Dei.

## EXPLICATIO VERSUS IX.

רוּמְוֹ extollite: ) repetitur denuò *vers.* 5. tanquam intercalaris, ad obtinendum apud lectores auditoresque singulos devotam debitamque Supremi Numinis celebrationem.

לְהַר קָדְשׁ ad, vel *versus*, aut in monte sancto ejus: ) iterum phrasis V. T. adhibetur ad cultum N. T. debitum efferendum, in quò locorum tollenda erat discrepantia, *Jer.* III, 16. *Job.* IV, 21. *seqq.* Belgæ: voor oder gegen über. Lutherus: zu seinem heiligen Berge. Campens. ad caelestem illum montem, in quo majestas illius sancta peculiariter apparet.

## USUS PRACTICUS E VERSU I.

- (1) De Messia regnò dictum etiam *Pf.* XCVII, 5.
- (2) De sessione super Cherubinis, *Pf.* LXXX, 2.
- (3) Ne commoveamur contra Christi regnum ex invidia, voluptatum studio, rationis humane petulantia, &c.
- (4) Commoveatur potius cor nostrum per respicientiam seriam. v. *L. de Pœnit.*

## USUS E VERSU II.

- (1) Jehovah magnitudo non melius cognosci potest, quàm in Zion, vel ecclesia, ubi non tantum magna celebrantur beneficia Zioni præstita, sed & ad magnitudinem illam percipiendam Spiritus Sanctus corda verè illuminat, accendit, capacia reddit, fastidium carnis tollit, &c.
- (2) De Dei magnitudine *Psal.* LXXXVI, 10. *xcv.* 3. *xcvi.* 4. &c.
- (3) De Eminentia itidem Dei *Pf.* XCVII, 9.

## USUS E VERSU III.

- (1) De celebratione nominis div. præc. II.
- (2) De venerabilitate & Sanctitate *L. de Deo.*

## USUS E VERSU IV.

- (1) Commune Roboris inter homines victoriosè aut Et vitium est, amare violentiam, & pro lubitu cuncta disponere, Verùm Rex Messias in amore justitiae citra omnem affectuum turbationem aut prosopolepsiam perstat immotus. *L. de Christi Justitia.*
- [2] Imitantur Regem quisvis genuini subditi, quoad studium æqui & justitiae: *Luc.* I, 75.
- (3) Non sufficit amare, quod rectum est, necesse est, illud indies etiam stabilire pro viribus: quod incumbit personis & publicis, & privatis. *Bona le.*

*Ages lata citra executionem plus obsunt, quàm profunt.*

[4] *Judicia in gratiam Jacobi vel ecclesie contra hostes exercita, indefessam seriamque exposcunt gratitudinem.*

## USUS E VERSU V.

- (1) De exaltatione Dei, que mente fit & lingua, v. præc. I. *conf.* *Joh.* XVII, 4.
- [2] De adoratione ad scabellum pedum ipsius (juxta phrasin V. T.) in conventibus publicis, deque privata, itidem præc. I.
- (3) De loco scabelli certo, sublato in N. T. v. *Joh.* IV, 22. 23.
- (4) Sanctitas Dei tractatur in *L. de Deo.* *Imitemur nos eundem.* 1. *Pet.* I, 16.

## USUS E VERSU VI.

- [1] Ministerium Mosis, Aharonis atque Samuelis sicut adhibere Deo placuit, quando cum Israële communicanda voluntas sancta; ita hodièque mortalibus utitur internunciis; 2. *Corinth.* V, 18. 19. *L. de Ministeriò eccles. ejusque necess. dignit. utilit.*
- (2) *Dona ministrorum sunt diversa: Mosen baut aequat Aharon, &c.* 1. *Cor.* XII, 4. *Eph.* IV, 11. *seqq.*
- (3) Invocatur Dei nomen vel ad miracula, vel ad impetranda necessaria: *L. de Precibus.*
- (4) *Preces & Exauditio sunt connexa.*
- (5) *Intercessio piorum multum valet apud Deum.*
- (6) *Intercessio Mosis Aharonisque verum atque unicum adumbrarunt Intercessorem Messiam: Joh.* XVII, 9. 20. 1. *Joh.* II, 1.

## USUS E VERSU VII.

- (1) *Alloquium div. confirmet nos de Dei erga mortales amore, familiaritate, revelationis firmitate, &c.* *L. de Verbo Dei.*
- [2] *Nubes & caligo admonent nos debilitatis nostræ circa majestatis div. fulgorem perferendum; circa scrutanda mysteria, circa signa visibilia invisibilis gratiæ, (quomodo sub pane & vino verum Christi corpus atque sanguis,) &c.*
- [3] *Nostrum est, custodire testimonia divina, ut eadem rectè percepta transferantur ad usum practicum.*
- (4) *Lex data in Sina non tantum Israëlem, sed universos obligat Adami posteros, aliter lex forensis atque ceremonialis, adstricta ad certam nationem atque tempus.* *L. de Lege.*

## USUS E VERSU VIII.

- (1) *De Exauditione in L. de Oratione.* *Hanc qui exoptat, studeat puritati; Jes.* I, 15. *LIX.* 1. *Jer.* XV, 1. 1. *Tim.* II, 8.
- (2) *De condonatione peccatorum in L. de Justificat.*
- (3) *De vindictâ div. v. Psal.* XCIV, 1.

## USUS E VERSU IX.

*Eadem fluunt, que ex versu 5. Repetitio urget debiti hujus exsolutionem crebram, sinceram, nunquam finiendam.*